ta (alvi) viscera interna magis efferuntur, appetitus et digestio inde fortiores[1]) et in remedia assumta reactio, ab ea quae in nostris regionibus observatur, longissime distans. Facile ergo intelligitur, qua de causa vir ingenio tam sagaci quam rebus arithmeticis aptissimo instructus Virey, homines, qui aequatorialem plagam incolunt ad eos, qui in arctica versantur, veluti juvenes ad senes se habere contendit.

Hominum arcticorum caput magnum, thorax vastus, ventriculus digestioni idoneus et dispositio ad eos partis corporis superioris potissimum morbos, qui e sanguinis nimio affluxu derivantur. Contraria in zona torrida observantur, ubi rarius inflammationes, saepius profluvia occurrunt et viri effoeminati sunt, quum feminae in regionibus septentrioni proximis toties sint viragines. Animi exaltatio morbique psychici inde profluentes in zona torrida creberrimi, qui, sub glaciali coelo praeter stupiditatem, multis ibi communem, rarius observantur. Pubertas sero in conspectum venit. Menses, quos apud Indorum puellas primo aetatis lustro vix peracto interdum profluendi initium, procax quidem, facere supra monuimus, in Groenlandia quarto lustro peracto demum prodeunt. Quantum vero sexus masculinus praevaleat, partuum quoque ratio arithmetica docet. Decimus quintus etenim quisque neonatus — dum inter quatuordecim 7 puellos et 7 puellas conspeceris puellus est. Plurimae autem functiones tardius ibi procedunt vitaque, forsitan ex consumtione retardata, longior esse solet, nisi morbis acutis vel abusu spirituosorum, et apoplexia non raro eum sequente citius abripitur.

Zona temperata. Qui temperatam zonam incolunt, sub omni fere respectu medico, aut ad tropicos aut ad polares, pro regionis diversitate, magis accedunt; id quod v. c. apud Scotiae et Siciliae populos non difficile internoscitur. Etiamsi vero in

---

[1]) Guthrie Journ. de médic. Tom. 88. pg. 8.

genere temperata coeli conditio secundum vulgi opinionem sanitati potissimum faveat, vitae luxuria, e consuetudine vel orta vel saltem eadem aucta, morbis permultis ansam praebet. Debet itaque in comparanda regionum facie secundum morborum frequentiam, opulentissimae urbis sub temperato coelo summa morborum multitudo, nec regioni campestri cuidam in torrida gelidave zona, nec insulae potissimum sub utroque coelo opponi, quum insulas vitam protrahere sciatur. Vita in temperatis regionibus ex omni parte, intensior est, ut ita loquar; functiones magis excultae et consumtio modice aucta. Corporis vero constitutiones, quum plerumque robustiores inveniuntur, ii homines, qui modice ibi vivunt, diutissimae vitae spem habent, nec enim tam multa capiunt nutrimenta, quam polares, neque tam infirma digestione fruuntur, quam tropici. Respiratio et transpiratio, vires musculares animaeque facultates medium *tenent*, et in pejus tam facile commutantur et excoluntur. Odiunt et servitutem et perfidiam tropicorum, odiunt et ruditatem et ferocitatem arcticorum. Quibuscunque artium et disciplinarum occupationibus lubentur indulgent, iisque adjuvantibus reliquorum zonarum incolas ab omni parte superant, ceteroquin et ad „acclimatisationem," ideoque ad commercium aptiores sunt. Dominantur itaque in terris, nec ullum rerum gestarum historiae exemplum praebent, populum gelidae torridaeve zonae latius dominasse. Quibus si opponere velis, transiisse tamen orbis dominium ab uno ad alterum populum, respondendum videtur, istam, quae temperate frigidam calidamque zonam nunquam transgressa est, vicissitudinem perpetuam, non tantum localibus et temporariis conditionibus, sed indefinitis quoque, id quod magis arridet, naturae legibus superstructam esse — Sed haec de aëre.

De aquis.

Quod in diiudicando climate maxime est pensandum, momentum princeps aëris plus minusve humida [1]) conditio est, quae de solemnium ventorum

---

[1]) Im Mittel wechselt [sec. ill. Muncke l. l.] der Wasserdampf der Atmosphäre zwischen 0,0166 und 0,0033, oder genauer beträgt in unsern Gegenden die grösste Menge desselben 0,014 des Volumens der Luft selbst [1]). . . . .

Hieraus ergiebt sich in Beziehung auf die Atmosphäre, dass die Quantität des Wasserdampfes in derselben unter höheren Graden der Breite und im Winter, desgleichen in grösseren Höhen weit geringer ist, als unter geringeren Breiten im Sommer und näher an der Oberfläche der Erde, woraus die stärkeren tropischen Regen und die in den Sommermonaten erklärlich sind. Vorzüglich aber kommt der Grad der Trockenheit der Luft in Betrachtung. Es leidet nämlich keinen Zweifel, dass die Atmosphäre nur selten mit Wasserdampf völlig gesättigt ist, vielmehr wechselt dieser Grad der Sättigung vom Maximo der Dichtigkeit des Wasserdampfes, wodurch alle Körper feucht werden, bis zur völligen Trockenheit, wobei selbst zerflossenes Weinsteinsalz und salzsaurer Kalk, ihrer grossen Affinität zum Wasser ungeachtet, trocken werden. . . . .

Man hat lange und viel über die eigenthümliche Art gestritten, auf welche der Wasserdampf in der Atmosphäre existirt, welche Untersuchung aber vollständig unter Verdunstung gehört. Hier kommt daher nur noch eine Frage in Betrachtung, nämlich ob die Quantität des Wasserdampfes, unabgesehen von der Temperatur, in höheren Regionen anders ist als in niedrigern. Allgemein nimmt man an, dass die Trockenheit der Luft mit der Höhe zunimmt [2]), indem diese Behauptung, schon durch v. Saussüre aufgestellt, bei dem aërostatischen Aufluge Gay-Lussac's [3]) bestätigt ist. . . . .

Der Wasserdampf, desgleichen die Dämpfe von Alkohol, Aether und ähnlichen Flüssigkeiten, deren Quantitäten übrigens zu geringe sind, als dass sie im Allgemeinen wahrgenommen werden könnten, und deren Anwesenheit man bloss in der Umgebung der Oerter entdeckt, wo sie verdampfen, können in der atmosphärischen Luft in gleich grosser Menge vorhanden seyn, als im leeren Raume, und die Elasticität der Luft wird durch Hinzukommen dieser um so viel vermehrt, als die Elasticität derselben beträgt. . . . .

Unter die, zur Luft nicht wesentlich gehörigen, nur mechanisch beigemengten Substanzen gehört insbesondere die Salz-

---

[1]) Phil. Mag. XXIII. 353.
[2]) Biot Traité. I. 328.
[3]) J. d. Ph. LIX. 314. G. XX. 28.

siccitate, de roris, nebularum, pluviarum atque nivis, i. e. hydrometeorum, quae dicuntur, copia dependet. Quae omnia, quoad variam conditionem generalem et vigorem localem, rariores aut crebriores vicissitudines atque causas singulatim sunt castiganda.

Climata in sicca et humida dividuntur. Nonnullae scilicet regiones frequentibus atque vehementibus semper irrigantur pluviis, aliae, exempli gr. Aegyptus, Lima, certa quaedam Africae deserta arenosa al., pluviis plerumque, ni prorsus, carent. In aliis terris vehementes quidem et periodicae plu-

---

säure und salzsaure Salze, deren Anwesenheit nur mit Mühe durch die chemische Zerlegung, sicherer und leichter aber im Regenwasser erkannt wird. Salzsaures Gas in der Atmosphäre vorzüglich in der Nähe des Meeres entdeckten nach vielen sorgfältigen Beobachtungen, sowohl eigenen als fremden, Driesen [1]), Craanen [2]) u. a.; nachher Hermbstädt [3]) und Vogel [4]); in der Luft bei Halle, in der Nähe der Salinen, konnte indess Meissner [5]) keins wahrnehmen. Mechanisch fortgerissenes Salz in der Luft hat man wiederholt in der Nähe der Meere entdeckt, indem es aus diesen fortgeführt wird, und nach dem Verdunsten des Wassers sich an die Gegenstände in Gestalt feiner Krystalle ansetzt [6]). Insbesondere ist dieses in der Nähe des todten Meeres häufig der Fall. Auch salzsauren Kalk im Regenwasser entdeckte schon Bergmann und van Rossem [7]), nachher Lampadius [8]) und Hermbstädt [9]). Sonstige verschiedene Stoffe, welche nothwendig in der Atmosphäre vorhanden seyn müssen, weil wir sie oft in grosser Menge aufsteigen sehen, insbesondere Rauch und Asche nebst anderweitigen Substanzen aus Vulcanen, der dicke, zuweilen ganze Districte überziehende Rauch von verbrannter Heide [10]), die Bestandtheile des Höhrauchs oder trocknen Nebels, viele Stoffe, welche aus Hochöfen,

---

[1]) Allgemeene Konst- en Letter-Bode. 1803. N. 2. ff.
[2]) Naturkundige Verhandelingen u. s. w. Haarlem 1814.
[3]) Schweig. J. XXXII. 280.
[4]) G. LXXII. 277.
[5]) Schweig. J. N. R. VI. 161.
[6]) G. XXXI. 98.
[7]) Dissert. medico-chemica de Aqua. Groning. 1810. p. 27 u. 46.
[8]) Schweig. J. XXX. 256.
[9]) Ebend. XXXI. 505.
[10]) L. L. Finke, naturhistorische Bemerkungen über den Moordampf in Westphalen. Hann. 1820. 8. (Lingen 1825.)

viae solemnes sunt, sed interdum decem per menses desiderantur, ita ut flora integra detrimentum capiat. Permultae tandem duas solummodo anni vicissitudines, siccitatis scilicet et pluviarum continuarum, habent: imo certae quaedam tropicae zonae regiones dupliei huius generis vicissitudini sunt obnoxiae. Plures regiones ob aquam ex vicinis, quae in superiori terrae strato condita sunt, humorum receptaculis profluentem solumque penetrantem, humidae sunt naturae, quibus adnumeres terras ad fluminum ostia sitas, paludosas, palustres, praesertim autem Africae insulas arena circumdatas (Oasen). Quo haec pars ceteris terrae partibus differt, discrimen praecipuum est, quod praeter montium iuga, ingentis magnitudinis deserta arenosa contineat, qualia quidem et in Asia Americaque occurrunt, in illa autem terrae parte insulis ubera vegetatione praeditis mediisque in desertis, quae nullas plantas, paucissima tantum animalia rapacia alunt, sitis, insignita sunt. Huius rei causam ex eo petas, quod in plurimis locis aqua ex aëre effusa ab arena absorbetur, siccitas summa oritur, plantae arefiunt atque animalia haec cujusvis nutrimenti copia loca privata fugiunt. Verumtamen si firmum quoddam stratum ex. gr. granites, sub arena reconditum latet, quod aqua pene-

---

von Fabriken, Laboratorien und sonst vielfach von der Erde aufsteigen, so wie diejenigen meteorischen Substanzen, welche nach Chladni u. a. vielleicht kosmischen Ursprungs sind, und auch die örtlich entstandenen partiellen Beimischungen, als hydrothionsaures Gas über Schwefelquellen, nebst den Producten der thierischen und vegetabilischen Zersetzungen, Gährungen u. s. w. können hier nur beiläufig im Allgemeinen erwähnt werden. Als eine merkwürdige, durch fortgesetzte Untersuchungen künftig näher zu prüfende Erfahrung ist es endlich anzusehen, dass M. W. Zimmermann [1]) im frisch gefallenen Schnee eine geringe Menge Eisenoxyd mit sehr wenigem Mangan, von beiden in 4 Pfd. Wasser etwa 0,001 Unze gefunden haben will.

---

[1]) Isis. 1824. Heft V. pg. 511.

trare non potest, quapropter e terrae superficie continuo profluit, calor et humor coniuncti insulas illas fertilitate atque amoenitate insignes procreant.

Singulorum locorum situs in modificando climate plurimum valet. Vim praecipuam exercet vicinia maris, quod ob magnam calorem imbibendi facultatem, calidioribus anni temporibus magnam caloris copiam absorbet, frigidioribus vero remittit, ita ut in eiusdem vicinitate temperiei gradus multo minores quam in medio magnarum continentium sint.

Oceani summum in his momentum. Quod primum attinet ad chemicam, quam exercet aether marinus, vim, tantum abest, ut ea valetudini noceat, ut plerumque homines per altum mare navigantes optima fruantur corporis conditione [1]): cum solis scilicet calor partes humidas aquae marinas extenuat, tollat, dissipet, quod Hippocrates bene perspexit, aër secundum observationes Baconis et Morogue humidus quidem saluber tamen sit, necesse est. Quibus Mead scorbuti genesin tribuit, particulis salsis non est repletus; non balsamicae naturae, ut Gilchrist putavit, sed purus et integer saepiusque minore gradu, quam in depressis regionibus, humidus. Quam ob causam non aether, cui in alto mari nunquam damniferi quid inesse potest, sed navium ipsarum atque portuum, infestissimis viribus praeditorum, aër corruptus damnum infert nautis.

Portubus nonnullis aqua illudit, quae maxima plantarum atque animalium putrefactorum copia repleta est atque per aërem nocifera sua exhalata dispergit. En causa, cur nautae sani, simulac in terram exierunt, in regionibus nonnullis vehementissimis corripiuntur morbis [1–37]). Aëris, qui navibus,

---

[1]) Si morbum excipias navigationi non adsuetorum solemnem (Seekrankheit) de quo cfdus. ill. Autenrieth. Huf. J. H. I. 98.

[1]) Stahl, de morbis nauticis. Hall. 1705.

[2]) Trotter, medicina nautica. Lond. 1797.

in portu stantibus inesse solet, vim damnosam, si interiorem earundem structuram accuratius perspexeris, satius mente percipies.

Homines, qui, utpote nautae, sub bona aut mala aëris conditione simul vivunt, omnes aut bona aut mala simul fruantur valetudine necesse est. Quod quidem non ita dictum est, eosdem affectionibus sporadicis prorsus non esse obnoxios. Sed in

---

De morbis nautarum.

3) L. Rouppe, de morbis navigantium. L. B. 1764.
4) Poissonnier des Perrières, traité des maladies des gens de mer. Par. 1767.
5) Northoote the marine practice of physik and surgery. London 1770.
6) Linnaeus, morbi expeditionis classicae.
7) Howe medicina nautica. Lond. 1797.
8) Cockburne, Sea diseases. Lond. 1697.
9) G. Blane, Beobachtungen über Krankheiten der Seeleute Marb. 1788.
10) Aasheim, diss. sist. clinicen nautarum iter ad oras etc. Hafn. 1785.
11) la Billardiere, Reise nach dem Südmeer. p. 160. (multos oriri morbes ex defectu aquae sufficientis.)
12) J. Aitkins, Navy Surgeon. Lond. 1758.
13) Graf v. Berchtold, Vorschlag einer sichern und leichten Methode auf die wahren Ursachen der Seekrankheiten zu kommen. Vid. Baldinger. N. Mag. XIV. 265.
14) Lind et Lange, Mittel die Gesundheit der Seeleute zu erhalten. Kopenhagen 1766.
15) John Ingenhouss, on the degree of Salubrity of the common air at Sea, compared with that of the sea shore etc. Philos. Trans. Y. 1780. p. 354.
16) Mauran, maladies des gens de mer. Marseill. 1786.
17) Rob. Boyle, a new experiment concerning an effect . . . . upon some bodies in the water. Philos. Trans. T. 1672. p. 5155.
18) Rapports sur plus. quest. prop. à la Soc. Roy. de Méd. relativ. à la nourriture de gens de mer. Hist. et mém. De la Soc. Roy. de Méd. de Paris. A. 1784—85. pg. 221. 294.
19) James Currie, acc. of the remark. effects. of a Shipwreck on the mariners. Philos. Trans. Y. 1792. pg. 199.
20) Da-Olmi, Précis elementaire d'Hygiène navale. Par. 1828.
21) Forget, médecine navale. Paris 1832. 2 vol.
22) J. Pringle, üb. d. Mittel d. Gesundh. d. Seeleute zu erhalten. Götting. 1777.

quos incidunt morbi, nil notatu dignum habent, ideoque eos tantummodo, qui nautis singulares habentur, hoc loco copiosius tractandos esse duximus.

Typhus navalis idem morbus esse videtur, quam ille, qui a locis ubi grassari solet nomen accepit, typhus nosocomialis, typhus castrensis et al.: sed ob causas supra allatas in navibus acriorem induit naturam. Artis medicae annales innumera asservarunt exempla, quae, per unum alterumve hominem typho laborantem omnes magnarum clas-

---

23) H. Callisen, üb. d. Mittel d. Seefahrenden gesund zu erhalten. Copenh. 1778.
24) Huxham, opp. III. p. 86.
25) Fr. Henning, diätetisch. medic. Handb. für Seeleute. Leipz. 1800.
26) Armstrong, tentamen prophylacticum de tuenda nautarum sanitate. Edinb. 1789.
27) Taxe, Afhandling om hushaellningen til sjoies etc. Carlscrona, 1782. (Journal de Méd. T. LXIV. p. 325.)
28) Hinderson, de vita marina etc. Edinb. 1784.
29) Andr. Bacheracht, physical. diaetet. Anleit. d. Gesundh. d. Seeleute zu erhalten. Petersb. 1790.
30) Ad. Desjardins, diss. sur la dysenterie considérée plus particulièrement chez les marins. Paris 1813. 4. (Morb. tub. intest.)
31) Pierr. Franç. Kéraudren, mém. sur les causes des maladies des marins, et sur les soins à prendre pour conserver leur santé dans les ports et à la mer. edit. II. Paris 1824.
32) Sinclair, de impulsu, quo coelum maris mediterranei pulmones afficit. Edinb. 1817. 4.
33) Will. Harwood, M. D., on the curative influence of the southern coast of England, especially that of Hastings etc. London, 1828.

Itineraria marina.

34) Joh. Hennen, Sketches on the Medical Topography of Mediterranean; comprising an account of Gibraltar, of the Jonian Island et Malta, to which is prefixed a Sketch of a Plan for Memoirs on Medical Topography edit. by his Son, J. Hennen. Lond. 1830. 666 S.
35) Beechey, Voyage to the pacific and Beerings strait. 1831.
36) Duperrey, Voyage autour du monde.
Historique du voyage
Hydrographie nautique et physique in 4. atl. in fol. (52 p.) Paris 1833.
37) Hooker, and G. A. W. Arnott, the Botany of Capt Beechey's, Voyage to the Pacific Ocean. P. I. Lond. 1831. m. Kpf.

sium nautas hoc morbo infectos esse, docent. Alia autem ex parte maxime esset optandum, ut medici classiarii litteris mandassent, quoties classes hoc morbo correptae et in altum mare vectae pristinam recuperarint sanitatem.

Ab hoc morbo quam maxime typhus „amaril" secernendus est, cuius decursus tanto velocior est, ut brevi itinere interdum nautae omnes pereant.

Quum autem nonnulli medici cum hoc morbi genere confundant febrem flavam, hanc in navibus, simulac altum tenent, evanescere, hoc loco notetur necesse est. Quae res satis docet, typhi amaril causas ex aëre navibus incluso, febris flavae ex climatis singulari conditione esse petendas.

Aptum videbatur febris flavae et typhi amaril signum diagnosticum commemorasse, quod e climate et navibus — de utroque enim sermo nobis est — haud difficile peti poterit. Quando scilicet miseri, qui e febre flava laborant, navibus deportantur iisque potissimum ex occidente v. c. Antillis insulis orientem (Europam) versus vehuntur, febris flava cum mutata longitudine geographica paucos post dies cessat. Typhus vero amaril latitudine geographica altiore vincitur. Nullus enim quantum tenemus ultra gradum 69° lat. sept. et 52° lat. australis typhus amaril observatus est. Istam autem de febre flava notam observationibus doctoris cl. a Savaresi[1]) et huic pcl. Rochoux[2]) notitiae debemus: refert enim se a Dm. de la Mormiere, qui decies octies in Indiam occidentalem, febris flavae patriam, profectus et cum talibus qui febre flava affecti fuerant redux ex insulis Antillis, observavit aegrotantium neminem, si quintum sextumve navigationis orientem spectantis diem superaverant, gravius af-

---

[1]) l. l.

[2]) cf. Art. „Marins" in Dict. de médic. quem multis in his locis consuluimus.

fectum esse. Putabis itaque, medici interesse posse, aegrotantem febre flava correptum orientem versus quam citissime mitti, quod, cum ad maris oras morbus plerumque in conspectum veniat, crebro institui posset. Optarem sane tanti morbi medelam in ejusmodi transplantatione inveniendam esse, licet ipsemet, nec sine jure quidem, de effectu dubitarem. Sed haec de navibus. Scorbuti enim distributionem geographicam, ubi de singulis morbis agitur, habebis. Navigantibus quidem morbus solemnis est; sed quum in continenti quoque terra ac variis, quae neutiquam ab aqua pendent, sub conditionibus observetur normasque in distributione cum dysenteria communes habeat nonnullas, cum hac ad istum locum reponendus esse videbatur.

Exhalationibus enim corruptissimus qui cubiculis nautarum inest aër, extra malam alimentorum conditionem, huius morbi genesi favet: momentum gravissimum, cui medici in diiudicando hoc morbo non semper acriter animum attenderunt.

Quas autem solum, aqua et reliquiae vivorum quodam modo constituunt, paludes inquam, paucis commemorandae sunt.

Ac sane si quid est, quod variam temperiei diversae vim exactius modificat et climatis specificam conditionem sistit, de humido et sicco, de aëre puro et exhalationibus damniferis mixto hoc certe statui potuit. Nec immerito altum primo loco monentes, consulto non in plana opposita descendimus, quae in geographia medicinali tantam vim non habent, sed oceani undis submersi navium alveum petimus, cujus aëri humido vaporibusque gravi, paludosum maxime affinem esse patet.

Loci paludosi.

Veteres populos Deam Cloacinam atque Mephitim coluisse, si memineris, eosdem valde damniferum aëris locique paludosi in humanum genus momentum

bene sensisse facile intelliges. Hippocrates nociferas paludum vires in describendis, quibus urbis Phasis incolae obnoxii erant, affectionibus, accurate atque distincte enumerat. Quae quidem observata medici sequentes: Avicenna, Nicolaus Massa, Lancisi, Gattoni, W. Currie [1]), Jean B. Th. Baumes [2]), Ramel [3]), Guyton-Morveau [4]), J. B. F. Carrère [5]), de Prony [6]), Julia-Fontenelle [7]), Montfalcon [8]), Parent-Duchatelet [9]), Perenon [10]), L. R. Villermé [11]), Halle [12]) affirmarunt. Nec dubia haec res esset, etiamsi tot viri ingenio sagacissimo instructi eam non ab omni parte disquirere studuissent.

---

1) Will. Currie, an inquiry into the cause of the insalubrity of flat and marshy situations and directions etc. Trans. of the Americ. phil. Soc. Vol. 4. p. 127.

2) Jean Bapt. Theod Baumes: Determiner par l'observation, quelles sont les maladies, qui resultent des émanations des eaux stagnantes et des pays marécageux, soit pour ceux, qui habitent dans les environs, soit pour ceux, qui travaillent au desséchement, et quels sont les moyens de les prévenir et d'y remedier. Lyon, Nismes et Paris 1789 — 90.

3) Ramel, sur l'influence des marais et des etangs sur la santé de l'homme.

4) Guyton-Morveau, traité des moyens de desinfecter l'air. 3. ed. Paris 1815.

5) J. B. F. Carrère, de l'influence des marais sur la santé etc. Paris, 1818.

6) de Prony, descript. hydrograph. et hist. des marais pontais. Paris 1822. 4. m. K.

7) Julia-Fontenelle, recherches historiques et méd. sur l'air marécageux. Par. 1823.
Mémoires sur les fièvres de la Sologne et généralement de tous les pays marécageux. Orleans 1823. 12.

8) Montfalcon, hist. des marais et des maladies causées par les émanations des eaux stagnantes. Par. 1824.

9) Parent-Duchatelet, essai sur les cloaques ou egouts de la ville de Paris sous le rapport d'Hyg. publ. Par. 1824.

10) Peneron, de la cause du méphitisme marécageaux et de son identité avec le méphitisme en général. Paris, 1824.

11) L. R. Villermé, l'influence des marais sur les différens ages. (cf. Archiv génér. de médic. Mai, 1825, p. 129.)

12) Halle, recherches sur la nature et les effets du Méphitisme des fosses d'aisance. (1833 ?)

Supervacuum foret, si de paludum genesi aliisque earundem momentis geologicis atque physicis hoc loco longius produceremus sermonem; quum, quamnam virtutem in procreandis miasmatibus paludes exerceant, indicare magis sit optandum. Licet enim videatur, hanc rem ad geographiam medicinalem arctius non pertinere, id facile concedes, perinde fore, ubi de morbis in terris singulis agitur, sexcenties paludosae hujus istiusve regionis conditionis mentionem facere, nisi in genere, quo modo exhalationes fiunt et damnosam vim exercent, hoc loco praemonitum sit. Nam quae in Pathologia generali de his proferuntur, tam in memoriam revocanda, quam si licet, aliqua ex parte supplenda et sub geographico obtutu consideranda videbantur. —

Ante omnia explorari debet aquarum conditio, quas pluviae scilicet et fontes vel fluvii, et mare suppeditant. Sunt interdum mixtae. Quarum conditionum unaquaeque, quod quidem omni tempore a viris doctis observatum est, varie putredinem, miasmatum genetricem, modificat. Tum materiarum e plantarum et animalium regno ortarum naturae et mixtionis rationi parique modo variae temperiei conditioni animus est advertendus.

Quam ob causam paludes calidarum, temperatarum et frigidarum regionum singulatim examinandae forent. Quum autem tali exploratione longius hic insistere nobis concessum non sit, in cognoscenda, quam aër locis paludosis singularis exercet, vi nocifera hoc loco acquiescimus. In nosocomiis et locis, qui plantarum et praecipue animalium reliquiis putrefactis abundant, revera miasmata oriri extra dubitationis aleam est positum. Hoc modo ex. gr. paludosae atque uliginosae valles Mexicanae continuos procreant morbos febriles; exsiccata palude prope Acapulco, quae quovis anno ibi grassabantur, febres evanuerunt.

Horum miasmatum existentia et vis in iis regionibus maxime elucet, in quas ex paludibus Pomtinis haec progrediuntur: de agro Romano (Campagna di Roma) hoc notissimum. Rigaud de l'Isle, quae sequuntur, utpote observationum suarum summam, tradit:

1) Miasmata tanti sunt ponderis, ut, adiuvante tantum materia quadam leviori, in altum sese extollere possint, et vici, qui tam alte quam Sepino, i. e. 306 pedes, supra maris superficiem siti sunt, iisdem non amplius infestantur, urbe Velletri ob situm suum singularem excepta. Idem in Syria et rebus publicis Americanis observatum.

2) Quamvis cum rebus male olentibus coniunctae interdum sint, non redolent.

Saepe odor malignus in paludibus vicinis ortus in domos penetrat, et sanitati minime nocet; saepe aër dulcissimos florum odores spargit, et simul miasmatica vi pollet.

3) Tempore vespertino et matutino morbus facilius in alios transit, quam die: sole cadente autem periculum est summum.

4) Sylvae, colles et montes, imo parietes vel muri minorem maioremve praebent tutelam contra nociferam illam miasmatum vim, quod quidem et in aliis locis observationibus accurate institutis est firmatum.

Miasmata contagiosa per odorem quendam singularem esse noscenda, nemo est, qui credat et tantum abest, ut odores ingrati interdum sanitati noceant, ut datis conditionibus quibusdam eidem maxime conducant, ex. gr. stabulorum aër iis qui e pulmonibus laborant. Plantarum atque animalium reliquiae putrescentes minus omnino nocent, et homines qui vitam in male olentibus cellis degunt, uti opifices coriarii, corporis conditione fruuntur, a phthisi tuta. Qui in aëre, dulcissimis florum odoribus

repleto degunt, raro diutius, quam qui in ipsis, coe meteris reliquiis hominum refertis, supra crypta, vivunt.

Iis tantummodo locis, ubi vapores revera pestilentiales solum obtegunt, incolarum vita periculo obnoxia est. Miasmata scilicet damnosissima, e putrefactis materiis organicis oriunda, continue e pestilentialibus hisce paludibus exsurgunt innumerosque provocant morbos, qui monographiis haud exigui ambitus largam rerum copiam suppeditarunt. In sententiam cl. Ramel, si contendit aëris humidum unicam esse causam, quod paludes in homines vim quandam exercerent, nos aeque ire non possumus, quam pcl. Rochoux[1]). Experimentis contra nostris sedulo institutis superstructa opinio, damnosam illam vim e hydrocarboneis qui e paludibus profluunt, vaporibus originem ducere, magis tibi arrideat. Ille, qui paludosarum Africae regionum naturam atque conditionem perscrutatus est, hos morbos ibi endemicos enumerat: febrem intermittentem, typhum putridum, choleram, scorbutum, leucorrhoeam, chlorosin, icterum, varias cutis affectiones, rheumatismos, hydropsiam, plurimasque intestinorum affectiones organicas.

Jamque ut eo non certiores tantum, sed exactissime edocti fiamus, quinam morbi sint quos aër paludosus exasperat, omnes omnium in orbe terrarum regionum paludosarum, eorumque quidem latius regnantium, morbi notandi ac inter se sub omni gravitatis, decursus ac medelae respectu comparandae forent. Medelam enim a priori certe nullam proponere poteris, nisi, quae infra de exsiccatione paludum dicuntur, huc retuleris: quia causa sublata effectum cessare, a priori definiri potest. — Sed habentur regiones paludosae, quae hominibus noxiae esse non videntur, nec morbos peculiares proferunt, nec alios protrahunt eaeque potissimum in terra frigida:

---

[1]) l. l.

tales ergo sedulo disquirendae et quidnam damnum aliis addit disjungendum esset, etsi putredinem sub calidiore coeli temperie momentum gravissimum esse facile intelligatur.

Sed quaerere quis in genere possit, utrum remedia contra vim hanc externam, quam evitare non possunt, homnibus exstent, nec ne. Quam quaestionem medici nonnulli affirmant suadentes, ut paludum accolae modicis nutrimentis fruantur, in domibus aëri expositis vivant, corpus laborando vel eundo non defatigent tempore, quo emanationes tenuissimae sunt, munditiei studeant, aliaque multa. Quae quidem omnia pro munimentis haberi possunt, si morbi causa, cui obiiciuntur, minori gradu viget. Hoc modo in regionibus frigidis nonnullisque temperatis, quia homines quod Hygieia caute praescribit, servarunt, nocifera exhalatorum virtus deminuta, imo sublata est. Non idem de paludibus regionum calidiorum valet. Ibi usus ipse consuetus remediorum nauseam provocantium et corticis Chinae regii, quorum tanta est efficacia in febre putrida curanda, minime proficit.

Unicum et efficax quod contra miasmata e paludibus oriunda adhiberi potest remedium id est, ut paludes exsiccentur vel saltem earundem aquae impediantur, quo minus stagnent. Ejusmodi quid locum haberet in iis terris quae circa Nilum, Gangem, Euphratem, Padum, Chinaeque flumen flavum et caeruleum et ad margines torrentis de la Plata iacent et in permultis aliis opulentibus terrae regionibus.

Sed haec de paludibus et eo quod in modificando climate sibi in genere vindicant. Sunt autem quaedam terrae partes, deltoideae insulae ad ostia fluminum ac torrentium, quas veluti totas humido mixtus aër inundat: Hollandiae pars septentrionalis et occidentalis, Krimia, Delta Aegyptiacum, regiones ad ostia fl. Padi et Guadalquivir, in quibus urbs celeberrima Valencia sita est, de qua jure quodam His-

pani, quod cl. Bourgoing[1]) nobiscum communicavit, dicere solent quod aliquo modo de omnibus regionibus paludosis diceres: „que la viande y est de „l'herbe, l'herbe de l'eau, les hommes sont des fem„mes et les femmes rien."

Loca ventis exposita sylvestria et al.

Nec tamen mare solummodo et paludes, sed magni quoque lacus et flumina ut quae spissas procreant nebulas, aëra humectant caloremque temperant. Montium deinde vicinorum, qui tepidis aut frigidis auris aut impedimento esse aut favere possunt, habenda est ratio. In regionibus temperatae vel calidae zonae montium declivitas meridionalis praecipua causa temperiei calidioris; nam quum in Norvegiae faucibus solis radii maxime colligantur, poma a ventis frigidis tuta ibi mitia fiunt, dum septentrionales horum montium declivitates ne frumenti *quidem* culturam admittunt. Ingentis magnitudinis sylvae quum umbram praebeant humidumque retineant, semper frigidulo[2]) fruuntur aëre, quam ob rem, quae in vicinos regiones ex iisdem profluunt, auras temperant. Qui vero in sylvaticis terris degunt venetores plurimi vitam simplicem castamque, characterem cholerico-phlegmaticum, animi facultates non excultas habent, singulisque rebus perficiendis aptiores sunt, quam ad peragendas res praemeditatas. Ejusmodi populi profluviis et congestionibus plerumque inclinant. Huc pertinent populi, qui flumen Maranhon et Orenoco omnesque terras sylvis majoribus abundantes accolunt.

In genere qui ad margines rivorum lacuumque aërem humidiorem ceteroquin purum et sanum spirant, qui navigationi et commercio indulgent, opulentissimi plerumque homines plethoram serosam

---

[1]) Bourgoing, Voyage en Espagne. Tom II.

[2]) cujus rei causam triplicem nuperrime ill. de Humboldt detexit. (Fragm. Asiat. 1831.)

non raro sibi conciliant et scorbuto vermibus, hydropsia febribusque putridis eo magis conficiuntur, quo saepius nutrimenta salita capiunt. Morbi cutanei gravissimi apud eosdem observantur, v. c. elephantiasis ad oras Goae et Mosambicae, lepra in Asia minori, ubi simul ulcera sordidissima plurimaque conspiciuntur; herpes in Asturia et Biscaia, alopecia (et calvities?) in permultis Archipelagi insulis; scabies apud Zeloniae et insularum Moluccarum incolas variaeque impetigines frequentissime apud accolas sinus Persici, Arabici, ad lacum Baikal, ad flumina Obi Jenisei et al.

Quae tamen acrimoniae morbos cutaneos procreare medicis videntur, eaedem organa genitalia continuo stimulo irritare et foecunditatem augere videntur oris maritimis familiarem (Burdach).

Loca plana, humiles et al.

Proxime ad hos ii accedunt, qui terras humidas humilesque incolunt, qui aërem nebulosum, densiorem, tranquillum, temperatum spirant et solum fertilem, humectatum et foecundum colunt. Batavia, Lombardia, Aegyptus inferior, plurimae partes Indiae orientalis aliaeque permultae terrae incolas habent obesos, tela cellulosa laxa, quasi spongiosa, articulisque crassis, digestione tardiore et constitutione leucophlegmatica praeditos. Nutrimenta scilicet plerumque vegetabilia aquosa sibi assumunt. Accedit transpiratio suppressa corporisque motus plerumque rarus et tardus, respiratio sanguinisque circulus tardivus, irritabilitas et sensibilitas quodammodo depressa ipsaque occupationis absque ulla fere varietate simplicitas, quae conveniunt ad tale quid procreandum quaeque gravioris in hac re momenti sunt.

Caput plerumque parvum, extremitates et truncus voluminosa esse solent. Animae facultates et prae ceteris „phantasia" habetes, systema lymphaticum praevalet, praedispositio ad profluvia serosa,

catarrhos, scrophulos, hydropsias, scorbutum et affectiones extremitatum inferiorum impetiginosas et ulcerosas summa. Quanquam autem pubertas tardiva et affectiones organorum sexualium blennorrhoicae frequentissimae sint, summa tamen foecunditas, partus plerumque regularis, lactatio ubera ideoque populatio in ejusmodi regionibus abundans, quod Batavia, China et al. satis probant. At in certis quibusdam locis imprimis in vallibus profundis, angustissimis, solis luce destitutis nulloque aquarum defluxu ab humido stagnante deliberatis, ubi plantae aquosae insipidae, inodorae nullaque ex parte perfectae conspiciuntur, et homines imbecilles, animi depressi, non culti, plerumque scrophulosi et quod inde flueré videtur strumosi et cretinismi multi inveniuntur. Neque ergo immerito credideris morborum numerum cum hygrometri gradibus pari passu augeri.

Humidum itaque, quod aëri varia quantitate admixtum occurrit, non minus quam temperies et locus in morbos habet pondus. — Deberet vero climatologia specialis eaque medica constitui, cui fusius exarandae adminicula tantum literaria hoc loco subministrare [1–24]) eo magis acquiescimus, quum, ubi

---

1) Hippocratis de aëre aquis et locis liber aureus nemini quidem medicorum ignotus. Reliquorum veterum Graecorum de aëris, ventorum et al. potestate nociva opiniones hinc illuc disseminatas, amplectitur scriptum, eximium et accuratissimum Neo-Graeci nobilis nobisque amicissimi Dris. Sophocles ab Oekonomus: Specimen pathologiae generalis veterum Graecorum. Berolini 1833. pg. 74 — 87.

2) Werter, de morbis climatum, in 4. Duisburgi, 1704.

3) Burggrav, Diss. de methodo medendi pro climatum diversitate varie instituenda. Lugd. Batav. 1724. 4.

4) Hartmann, Dissertationes duo de climate, ejusque notitia medico admodum necessaria. Regiomonti 1729. 4.

5) Frid. Hoffmann, De medendi methodo varia pro climatis diversitate, Halae 1734. In parte 1a. 2di tomi supplementi ejusdem operum. Ed. Genevae 1753.

6) Krüger, Diss. de diversitate corporum, morborum et curationum secundum regiones Europae. Halae 1744. 4.

de singulis terrae regnis agitur, quae singulis regionibus propria sunt, investigabuntur. Nimirum non tantum terra humida et depressa, alta et sicca, sed etiam ventis perflata, aut ab iisdem tuta, plana et colliculosa, campis apertis vel silvestribus, vel saxosis constituta, ab hominibus culta vel deserta et al. quatenus natura eorum fines geographici hodierni plantarum, animantium eorumque morborum potissimum constituuntur imprimisque quoad cuiuscunque singulae in hominum morbos momentum, accurate disiungenda foret. Est enim ad hanc specialem climatis rationem locorum in geographia medicinali summopere attendendum. Attamen varia coeli temperies, ut quae efficacissima ni fallor causa differentiae est, quae distributionem plantarum, anima-

---

7) de Buchner, Diss. de differentiis naturarum respectu climatum. Halae 1746. 4.

8) H. Williamson, essai dans lequel on tâche de rendre raison du changement de climat etc. cf. Journal de Physique. Paris 1773. p. 430.

9) Wilson, Observations relatives to the influence of climat etc. London 1780.

10) J. M. Gouiffès sur l'influence des climats et de l'atmosphère en particulier. Paris 1804.

11) Job. Baster, geneeskundige proeve over de lugt etc. Verhandel. van het Maatsch. te Harlem. Deel 3. Bl. 37.

12) Esquisse d'un nouveau proget de comparaison de l'etat de l'air des eaux et des lieux avec l'histoire des maladies propres à chaque saison. Sedillot Recueil T. 14. p. 223. 449.

13) Don Valentin Gonzalez Contens, Diss. fisico-medica sobre el influxo que causa en la atmosfera etc. Mém. Acad. de la R. Soc. de Sevilla. T. 7. p. 397.

14) John Aikin, Remarks on the differ. succes. . . . . in high northern latitudes. Mem. of the Soc. of Manchester. ed. 2. Vol. 1. pg. 89.

15) Parat et Martin, jeune observations médic. sur les principaux effects du froid et du chaud sur le someil des hautes montagnes. Rec. des actes de la soc. de Santé de Lyon. An. 1. p. 273.

16) H***. v. d. Beschaffh. d. Luft in Bez. f. d. m. Gesundheit. Neue Schr. d. Naturf. Ges. Westph. I. 47.

17) F. J. Double, Quelque considerations sur l'influence des climats sur les maladies. Sedillot Recueil T. 27. p. 3.

lium, hominum et morborum in frigidis, temperatis et calidis terrae regionibus intercedit ideoque primum in his locum meretur, ineunte libro de morbis, in quo quod morbi in genere cum climate familiare habent collocanda existimavimus, prae ceteris respicitur. Nec lucis [1–4]) momentum, in variis terrae regionibus diversum, negligas. His vero, quas hactenus de climate notitias praemisimus, *conspectum quendam florae faunaeque universae medicae*, ut materiam, quam his climata sponte praepararunt, morbis opponendam, subiungere consultum duximus.

---

18) Carmoy, Les vices apparents de l'air sont-il des causes aussi frequentes des epidemies qu'on a contume de l'affirmer? Ann. de soc. de Méd. de Montpell. T. 5. pg. 65.

19) J. B. van Mons, quels sont les effets que produisent les orages sur l'homme et sur les animaux etc. Actes de la soc. de Méd. de Bruxelles. T. 3. pg. 114.

20) R. de la Prade, Mém. sur la même quest. (sur les orages) ib. T. 3. p. 179—312

21) General View, of the natural history of the Atmosphere, and of its connection with the Sciences of Medicine and Agriculture, including an Essay on the causes of epidemical diseases by Dr. Robertson. II. Vol. 8. London 1808.

22) Baumes, Ecclaircissemens sur les mém. relat. aux constit. méd. cf. Ann. de la soc. de méd. de Montpellier. T. XII. p. 145.

23) J. A. F. Ozanam, histoire méd. gén. et partic. des maladies épidém. contagieuses et epizoot. etc. Paris 1817—1823.

24) F. Schnurrer et J. Clark opp. supra laud. argumenta hist. praebent.

25) J. Johnson, the influence of the atmosphere etc. Lond. 1818.

26) Herholdt, Betrachtungen über die Einwirkung des Klima's auf den Organismus des Menschen. [In den Beiträgen zur Kenntniss der Medicin im Norden etc. von Dr. A. v. Schönberg. Braunschweig 1829.]

1) E. Horn, üb. d. Wirkung d. Lichts auf d. lebenden menschl. Körper mit Ausnahme des Sehens. Königsb. 1799.

2) J. C. Ebermaier, Versuch einer Geschichte des Lichts in Bez. auf d. Gesundh. etc. 1810.

3) Oken, allg. Naturgesch. (expectanda quidem). Resp. plant. et animal.

4) De conditione physical. lucis et caloris praeter comp. phys. ill. Biot, Fischer, Baumgärtner, recentiss. reperis in Berzelius Chemie ed. noviss. 1833. fasc. 1.

Conspectus geographicus
Florae universae medicinalis
secundum familias naturales dispositus.

CRYPTOGAMA.
(Plantae cryptogamicae seu exembryonatae s. graniferae).

Fam. I. Fungi.

Tribus 3. Gasteromycetes.

Lycoperdon bovista Pers. In loc. arenosis siccis ad marg. nemor. zon. temp.
Elaphomyces officinalis N. ab E. In sylvis s. temp.
Exidia auricula Judae Froehl. In Europae max. et Americ. bor. parte nec non in ins. Java.
Polyporus suaveolens Fr. In trunc. salic. Germaniae totiusque fere Europae borealis.
Polyporus officinalis Fr. In jugis montium Europae austral. in truncis pin. laric.
Agaricus muscarius Fr. In Germaniae sylvis.

Fam. II. Algae.

Trib. 5. Florideae Ag.

Sphaerococcus Helmintochortos Ag. In oris maritim. ins. Corsica totiusque fere maris mediterranei.

Fam. III. Lichenes.

Trib. 2. Lichenes expansi crustacei.

Lecanora tartarea Ach. In Suecia et rel. parte septentrion. Europ. Sparsim in Germania.

Trib. 3. Lich. expans. membr.

Parmelia parietina Ach. In saxis et cortic. arbor.

Trib. 4. Lich. ascend. fruticul.

Rocella tinctoria Ach. Insul. Canarienses et Azor. Archipel. Promontor. virid. Bon Sp. Ind. orient. Europ?
Cetraria islandica Ach. In loc. sax. mont. Europ. boreal.

Fam. IV. Musci frondosi.

Polytrichum commune Lin.
— formosum Hedw. } In sylv. Europae.
— longisetum Hedw.

Fam. V. Musci hepatici.

Marchantia polymorpha Lin. In omni fere orbe terrarum loc. humidis.

Fam. VI. Lycopodiaceae.

Lycopodium clavatum Lin. In loc. steril. sicc. Germaniae et al.

Fam. VII. Filices.

Trib. 1. Ophioylosseae.

Botrychium Lunaria So. In loc. sicc. Germaniae pl. non frequenter occurrens.

Trib. 2. Epiphyilospermeae.

Polypodium vulgare Lin. In loc. sax. sylv. German. totiusque fere Europae.
Asplenium Ruta muraria Lin. In loc. murar. German.
— Adianthum nigrum Lin. In loc. saxos. rup. German.
— Trichomanes Lin. In mur. German.
Adiantum Capillus Veneris Willd. In rup. Europ. austral. Gall. Hisp. Britan.
Adiantum pedatum Willd. Canadia Pensylvan. Virginia.
Aspidium (Polypodium) Filix mas Lin. In Europae, praes German. loc. sylv. mur.

PHANEROGAMA.

(Plantae phanerogamicae s. embryonatae s. seminiferae. Plantae vasculares s. cotyledoneae Dec.)

Series prima.

Plantae monocotyledoneae.

(Plantae phanerogamicae cotyledone simplici integra vaginante instructae.)

(Plant. endogenae Dec. Pl. endorrhizae Rich.).

Ordo primus.

Monocotyledoneae hypogynae.

Fam. I. Aroideae.

Arum maculatum Lin. In omn. fer. Europ. loc. humid. umbros. Gall. Polon. Germ. Britan.

Fam. II. Piperaceae.

Piper nigrum Lin. India orientalis Borneo. Sumatra. Ceylon. Java.
— Cubeba Lin. In Insul. Java. Mauritii, Prinz-Wallis Guinea etc.
— longum Lin. In sylv. hum. mont. Circ. Culta in Bengalia.

Fam. III. Typhaceae.

Acorus Calamus Lin. In loc. Europae fera tot. humid.

Fam. IV. Cyperoideae.

Cyperus officinalis } In India orientali frequentiss.
— rotundus. }
Carex arenaria Lin. In oris maritim German. boreal. multisque loc arenosis.
Carex hirta Lin. In loc. arenos. humid Germaniae.

Fam. V. Gramina.

Avenaceae.

Avena sativa Lin. Patria non distincte cognoscitur. (Reg. Boreales?)

Hordeaceae.

Hordeum vulgare Lin. } Fortasse in Sicilia et Rossia; patria quidem aliquomodo incerta.
— hexastichon Lin. }
Triticum vulgare Lin. } Patria incerta.
— spelta Lin. }
— repens Lin. In omnibus Europae region.

Saccharineae.

Saccharum officinarum Lin. Ad rip. Euphrat. et in India orient. cultum.

Oryzeae.

Oryza sativa Lin. In India oriental. et part. austral. Americ. septentr.

Fam. VI. Palmae.

Phoenix dactylifera Lin. Inter tropicos Afric. et Asiae.
Areca Catechu Lin. India oriental. ad oras Malabar.
Calamus Draco Willd. Ind. orientalis. Sumatra, Palambang, Padang.

Ordo secundus.

Monocotyledoneae perigynae.

Fam. VII. Asparagaceae.

Dracaena Draco Lin. Insul. Canariens. Oris marit. usque ad altid. 3000 ped.
Convallaria majalis Lin. Loc. German. totiusque Europae umbros. humid.
Convallaria polygonatum Lin. In loc. sylvestr. collicusosis Europ. boreal.
Smilax China Lin. Cum filicis in collib. sylvestr. Japonensib. Sinensib. Cochinsinensib.

Fam. VIII. Veratrineae.

Veratrum album Bernh. In alpib. Austriacis (terram siliceam amat Bernhardi).
Veratrum Lobelianum Bernh. In Alpib. helvet. (Kaernth. terr. calcar amat).
Veratrum Sabadilla Rez. In sylvis humid. Mexican. adora mar. et ad ped. mont. insul. Antillarum.

Fam. IX. Colchicaceae.

Colchicum autumnale Lin. Fere in omn. Europae pratis humid.

